



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

dovicus † in oppido (a) Kaluensi , Mag-
deburgensis ditionis , saltui , & levitatibus
deditus , * coorto ex incendio tumultu per
gradus decideret , eoque lapsu postridie
moreretur. Mors hæc vitæ admonuit
Pontificem , & alios , ut rubore suffunde-
rentur , qui ArchiEpiscopalem mitram in-
digno capiti violenter imposuerant. Igi-
tur Adolphus † posteà quietè Electoratum
& insulam temuit , nostraque Urbs à Wen-
ceslao , & Pontifice suo statui restituta est.
* Amplius erat Urbis ærarium quam ut his
motibus enervaretur , vix bellum desierat , †
& magnâ pecuniæ summâ (b) à Theodori-
co de Vargulâ * Pincernâ Thuringiæ ipsam
Vargulam comparavit.

* Secutus felicissimus ille annus , qui
magnificentissimæ Universitati nostræ stu-
diorum natales dedit. † Adolphus Ar-
chiEpiscopus Elector Moguntinus Comes
Nassovius , magni & prudentis ingenii
princeps , felicibus auspiciis Academiam
hîc sacravit. (c) Jam anteà verò Ponti-
fex interpellatus , ut Academiæ licentiam Schisma Ro-
conferret. Fuit † tunc atrox Schisma , manum ini-
cujus exitus in incerto pendebat. Urba- tiis impedi-
nus Romæ , Clemens VII. Avinione se menta ponit
dit. Hæsit Adolphus Elector , quem in- Cujus Pon-
terpellaret , † Civitas quæ solâ pœnitent- tificis audito-
tiâ errorem expiare posset , ante undecim ritate ere-
jam ete?

Ludovicus
moritur.
* MCCCLX
XXII.

Adolphus
extincto æ-
mulo quietè
imperat.
* MCCCLX
XXIII.

Erfordia e-
mit Vargulâ
* MCCCLX
XXV.

XVIII.
* MCCCLX
XXIX.

Initium Uni-
versitatis
Erfurtensis

Schisma Ro-
manum ini-
tiis impedi-
menta ponit

Cujus Pon-
tificis audito-
ritate ere-
jam ete?

(a) Serarius in Adolfo I. Cranzius & alii.

(b) MS. Chronica Petr. & documenta desuper in Archivo.

(c) Literæ fundationis & alia documenta in Archivis extante.

jam annos Clementem invocaverat. In solenni diplomate petitis assenserat, & cum de Adolphi fide dubitaret, eo recusante, Archicancellariatum Clero Maria-
no detulerat. Sed declinante Clementis autoritate, spreta ista concessio, & Mo-
guntinus cum Civitate sua preces ad Urba-
num VI. Pontificem jungit, Papalem
consensum & immunitates impetrat. Sunt

An Herbi- qui dicant (*a*) Her bipolarensem & Acad-
poleſis Aca- miam huc translatam, quod ibi studiosis
demia hu- cum Civibus non convenerit. Sed nul-
translata. la translationis vestigia in primis Acad-
miæ documentis apparent. Illud credi-
derim, erectæ hujus Universitatis famam
studiosos Her bipolarenses, divexatos à Ci-
vibus, attraxisse, sicque illam non extin-
ctam, sed desolatam solum, donec à Ju-
lio Principe superiori saeculo restaurare-
Erfurtenſis tur. Post & annos novem ArchiEpisco-
Universitas pus Joannes, itidem Nassonius, Adolphi
inauguratur Frater, cum prius multa Pompâ introi-
visset Urbem, & accepisset homagium,
actu solenni Academiam hanc inaugura-
vit. Hinc ille error qui Joannem funda-
torem agnoscit. Unde autem Dagobert-
ea (*b*) quibusdam sit, nemo divinabit.
Archib.

(*a*) Serarius in Ioanne II. ubi auspicia Academie r. Ioanni. 2. anno
1398. 3. isti translationi, sed triplici errore adscribit.

(*b*) Middendorpius de Academ. libr. 3. pg. 524. Vanas hac de-
re variorum opinione vide in Promotione Rechfeldii med. Doc.
edita Erfurii Anno 1634.

Archiepiscopus & Cancellarius est perpetuus. Rector Academicorum votis legitur mirabili mixturâ : etenim cum quatuor sint facultates , singulæ tres electores nominant , nisi quod Philosophia duos solum dicat , numerusque è studiosis compleatur , ut & illis votum in tanta elecione maneatur. Hi duodecim præviis ad speciem mutationibus aliis , tres electores forte constituunt , definiti dein ab aliis secedunt , & qui horum junior est , reliquis duobus tres nominat , ex quibus illi Rectorem eligere possint , & debeant , reservato decisivo voto , si dissenserint. Sic que cum incerti sint electores , criminis ambitûs via intercluditur , laxior tamen est junioris potestas , cum penè solus Rectorem efficiat , si cum illo , quem mavult duos vel minus aptos , vel coelectoribus ingratis proponat. Ingens statim cepit incrementum Universitas , habetque matricula frequentem numerum Theologiæ & artium Magistrorum , qui ex aliis Academiis huc confluxerunt. Varia postmodù collegia in alimoniam studiosorum erecta , de quibus in singulorum initiis dicam. Floruit Universitas , quam diu Civitas stetit , sed hac fato , vel effræni licentiâ cedente , quasi violento motu simul ad incitas rapta est. Surrectura , cum ignara suorum commodorum Urbs pristinæ obedientiæ , & per hanc vigori suo restituetur.

Successor